

dein Tabula Quaestionum cum jocososo epiphonemate: *Explicit totum mit ein ander.* En alium Scholasticorum Principem ex Augustiniana familia addendum tot Coryphaeis e Praedicatorum et Minorum sodalitie, quorum Scripta ipsorum paene aetatem adtingentia in Membranis Bibliotheca Palatina fervat. Vicinus aedi sacrae scribo, in qua ab anno mortis 1358. quiescunt ejus Exuviae. Decessit enim *Vindobonae* commune sepulcrum nactus cum *Thoma de Argentina*, quem etiam in suprema Ordinis sui Praefectura fuerat secutus. De facta Sepulcri hujus a. 1634. inspectione et aliis ad hunc Virum pertinentibus vide *Conspect. Hist. Univ. Vien.* P. III. p. 202. *Scriptt. Univ.* P. I. p. 20. ubi perperam dicitur duodecim annis ante *Thomam Argentinens.* tumulatus, *Locheri Speculum Acad.* p. 429. ubi mors *Thomae* a. 1375. mors *Gregorii* a. 1385. prave adfigitur, *Fabricii Biblioth. med. Lat.* L. VII. p. 97. *Offingeri Biblioth. Augustin.* p. 74. ubi iterum lapsu typographi *Gregorius* pro anno 1357. Prior Generalis electus dicitur a. 1375. Lubens haec emendo; idem enim a Posteris officium spero. Commentaria *Gregorii* lucem videre teste *Maitt.* in I. *Sententiar.* Paris. 1482. et 87. Addit *Argelatus* in II. *Mediol.* 1494. In I. et II. juxta *Maitt. Valentiae* 1500. At mihi objacet in I. et II. Editio *Veneta* 1518. f. quam tamen secundam arbitror; nam *Paulus de Genavano* editor Praeloqui-

um ad *Aegidium Viterb.* jam a. MDII. subscripsit.

DXIX.

Codex chartaceus lat. Sec. XIV. U. 426
Folior. 352. f. per duas columnas multis vocum contractionibus perscriptus et rubricis enotatus aliud est praecedentis Operis integrum Exemplar.

DXX.

Codex membraneus lat. Sec. U. 447
XIV. Folior. 120. f. per duas columnas multis compendiis exaratus et distinctus coloribus primo praescribitur: *Iste liber est Job. de Pla (centia?) filij quondam magistri albertini de falso de pla. et valet flor. VI. Ex Italia Viennam delatum indicat altera Nota, qua illum M. Nicolaus de Dinkelspuchel ad librariam collegij ducal. dedisse perhibetur. Insignitur vero: Incipiunt questiones magistri gregorij de arimino ord. fratrum heremitarum sancti August. super 2^m sententiarum. Initium est: Quia magister in prima distinctione huius 2ⁱ libri elidens quorundam philosophorum errores &c. et finis: quique ut peccatum tolleret venit in mundum dei filius ihesus christus benedictus in secula seculorum amen. Ut in edit. Veneta suprac. Accedit Index solum alphabeticus. Commentaria Nostri in III. et IV. nunquam excusa fuisse putem.*

II. fol. 110. p. 2. *Incipit questio determinata per magistrum (O. M. Rob.) eliphāt oxonie in anglia super p^m sententiarum. Sic: Queritur utrum commensuratio premij ad meritum et pene ad peccatum que per studium theologie ex scriptura potest cognosci sit iuste a deo ordinata &c. Finit nisi sesequā altera proporcione ad istam partem. Novit Quaestionem hanc Waddingus, et ex eo Tannerus, quos de hoc Theologo adi.*

DXXI.

U. 168 Codex chartaceus lat. confinis Sec. XIV. et XV. Folior. 227. f. per duas columnas calamo curren- te nitido exaratus, sed non uno, humore tamen multis locis vitia- tus Collegio ducali, ut praenota- tur, obvenit a. 1476. testamento

Et sic est finis deo laus et gloria trinis.

Opus istud Viri e Scotistarum Triariis jam eodem anno, quo supra Collegio legatum est, typis Mich. Manzoli Tarvisii, dein Ba- sileae a. 1489. per Nic. Kessler f. prodiit, ut posteriores Editio- nes taceam.

DXXII.

R. 496 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. olim 129. f. max. per duas columnas nitidissime exaratus, co- loribus illustratus, et Literis, a qui- bus singulae *Distinctiones* incipi- unt, deauratis et picturatis aliud praedi- Operis Exemplar est, *Denis Codd. Theol. V. II. P. II.*

Collegae M. Petri de Corona (Transsilvaniae?) Theol. Licent. AA. LL. Doct. *librorum origina- lium inquisitoris*, qui a. 1473. Re- ctoris Acad. munere functus erat. Continet autem *Francisci de May- ronis*, seu *Maronis*, aut *Majora- nis*, quem alii *Provincialem Dig- nensem*, alii ex oppido *Vallis Barcinonensis* oriundum faciunt, O. M. Doctoris dicti *Illuminati* a. 1325. demortui *Commentaria in Librum I. Sententiarum Petri Lombardi*, quorum initium: *Circa probemium primi libri sententiarum Primo quero utrum primum principium complexum possit formari id est affirmari in theologia &c.* et finis: *pertinet ad alium habitum practicum seu ad artem, ergo &c. Et hoc de ista questione et per consequens de toto isto libro.*

sed cum initio, tum versus finem pluribus nunc foliis mulctatum. Fol. praevio legitur: *Liber fra- tris michaelis emptus padue nouem ducatis questiones francisci maronis super primo Sententiarum.* Manus certe Codicis *Italica* est, quae ita subsignavit: *Anno a natiuitate domini M° CCCC° XLIX° Mensis nouembris Die vicesimo octauo &c.* Ad marginem prope alia manu adjectum: *Deo gratias. finiui repetendo die ultima octobris 1463. Inceperam autem repetere ante eodem anno in festo beati Grego- rij.* In utraque Theca interiori vi- suntur adnotatae multae Expen- sae,